


IN DEI NOMINE. AMEN.

PER hoc publicum instrumentum cunctis pateat, & sit notum, quod anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo, *septuagesimo, die prima mensis Augusti* — — — — — in mea Secretarij Academici, aliorumque testium præsentia, personalitè constitutus Baccalaureus D. *Michael Maria Namixer de Arellano, et Cevallos* — — postquam secundum statuta hujus Regiæ, ac Pontificiæ Mexicanæ Universitatis rigorosè examinatus, & approbatus fuit *Nemine discrepante* — — — à Doctoribus, & Magistro servata forma statutorum præscriptis, ac juramentum solitum præstitit, se publicè, ac secretè defensurum Sanctissimam Virginem MARIAM, in primo suæ Conceptionis instanti ab originalis labe peccati immunem fuisse; Gradum Baccalaureatus in Medica facultate recepit à Doctore *D. Ignatio Navero à Semor, Martinez,* qui in Cathedra sedebat Doctorali infulà ornatus, de cujus licentia dictus Baccalaureus, Cathedram ascendit, actusque Baccalaureatus, in ea publicè fecit: ad quod cursus necessarios peregit, quos hujus Universitatis Dominus Rector approbavit, jussitque ad petitionem dicti Baccalaurei, hoc publicum instrumentum, à me infra scripto Secretario dari.

Et ego Infra scriptus Regiæ, ac Pontificiæ Mexicanæ Universitatis — Secretarius, quia præmissa latius constant ex instrumentis, quæ in Archivio ejusdem Universitatis servantur, ad quæ me refero, & de quo fidem facio, idè hoc publicum instrumentum figillo minori Universitatis munitum, meo nomine, & signo solitis subscripsi, & signavi, die *vigesima septa Augusti anno Dni MDCCCLXXII.*



D. Joseph ab Umar Erquer
 Secretarius.

